



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

12. Sanctis patientibus, terra motum patitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

uicem ingenti trepidatione narrarent. Victoria mirata est, que
fuitque, quando, & quam diu id accidisset? Adeo nimirum
& conuersatio illius in cælo fixa fuit, vt nesciret, quid in terra
ageretur. Quam longè leuiore brachio alij diuina tractant, quo
vel mus, vel musca potest ab oratione dimouere?

XII.
Philipp.
Alegambe
in India
Martyr. Soc.
Iesu num.
CCLVIII.

Addam adhuc recentius, quod ex vita P. Marcelli Francisci
Mastrilli Hispanicè & Gallicè edita compendio refert Philippus
Alegambe. Is Mastrillus, non sine prodigio, à lethali vulnere, per
S. Franciscum Xauerium sanatus, ad Indiam atque martyrium
inuitatus, ardentissimis votis eò contendit. *Incredibiles illi diffi-
tates in itinere Damon concinuit; admirandis eum prodigijs seruauit
honestauitq; Deus. Clam tandem delatus in Iaponiam, fumi ab igne
quem excitarat, sublatis indicio comprehensus, terra contremiscentem
Nangasachi dirisimè prius cruciatus, gladio demum percussus est. Pri-
mùm diductis cruribus per contortum funem suspensus, capite in aquam
demerso, retexente se fune violenter rotatus est. Dein scalis supinatus
adalligatus, infusa in faciem magna vi aqua penè suffocatus est. Tum
candente ferro virilia ustulatus est; sed inuerecundam barbariam
testatus, aqua cruciamento rursus admotus est. Demum, prelatam
tis causa, quia fidem per terram venisset predicatum, iumento eductus,
catenatus, os densato constrictus lupato, capitis partem dexteram
lauam minio probrosè infectus, capite in scrobem genuū tenus de-
pedibus suspensus in quartum vsque diem. post illa depositus, terra
nace obruncatus est, die 17. Octobr. ac rursus terra valde intremam
martyris scilicet testata sanctitatem, & barbarorum immanita-
tem detestata. Ita Deo, ad defensionem & offensionem seruit
elementum. Quod etiam, quando D. Agatha olim fuit tormen-
tis agitata, ita contremuit cohorruique, vt tota ciuitas Cata-
nensium concuteretur, ac duo muri conciderent, qui Quintian
Prætoris amicissimos duos Siluinum & Falconium ruina oppre-
serunt; & populum omnem in crudelissimi iudicis vindictâ exci-
tauerunt. Ita terra Diuam tutata heroicis eius virtutibus ap-
plausit; quibus etiam, post mortem obitam, ignis (elementorum
potentissimum) est obsecutus, Nam velum, seu cortina de sepul-
chro eius accepta, flammam ybique repulit, cum incendijs ob-
tenderetur.*

Sur. 5. Febr.

Contra